V K.
551

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-395226-p0001-0

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-395226-p0002-6

h. 109, 54
II, 4
Vk 551

DE
PECVNIAE. GENERE
QVO
TERRA. REGNITIANA
VENVM. IVIT
VT
QVOS. INTERESSE. COMMODVM. EST
RITE. CONCIAT. AVDITVM
DIE. POST. INITVM. CIƆIƆCCLIII. ANNVM
H. L. Q. C
IN. ALBERTINOFRIDERICIANO
I. L. LAIRIZIVM. LEVCOPOLITANVM. VERNACVLA
DE. TRANSACTIONE. PASSAVIENSI
C. A. AKERMANNVM. ISTIVS. CONTERRANEVM
LATINA
EIVS. VINDICEM
C. F. SELIGIVM. EIBENSTOCA. SAXONEM. CARMINE
MANTVANO
EX. ALBERTI. CASTRIS. AD. FRIDERICVM
NOSTRVM. NOSTROS. TRADVCTVRVM
AC. DEMVM. SE. IPSVM
IIS. QVAE. BINIS. ABHINC. SECVLIS. CONTIGERVNT
PACATIORA. AVGVRATVRVM
DISSERIT

PAVLLVS. DANIEL. LONGOLIVS
CVR. R. A. M. FAC. PHIL. LIPS. ADSESS. ET. SOC. IEN. LAT. SOC. HON

BIBLIOTHECA PONICKAVIANA

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HALLE (SAALE)

CVRIAE. REGNITIANAE. AD. SALAM
TYPIS. IOANNIS. ANDREAE. HETSCHELII. GYMN. TYP

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-395226-p0003-1

DE PECVNIAE GENERE

I.

Cum ex ſententia Varronis 1.) *pretium eſt, quod aeſtimationis emtioniſue cauſa conſtituitur;* numquam emetiaris ex vero terram Regnitianam, niſi illorum, quibus ea venum iuit, 2.) *acht tauſent ſchoke vnde hundert ſchoke breiter freyberger groſen* 3.) iuſto calculo antea poſito.

II.

Audiunt iſti numi vulgo 1.) *groſchen*, quos autographae literae 2.) *groſen* exararunt. Iam vero non plane interciderunt iſtius generis numi de priſco aeuo ad pollicem dimidium craſſitudine accedentes, 3.) quorum loco antea non ſine negociatorum iactura leuiores bracteatorum nomine famoſi manibus terebantur adterebanturque. 4.) Vere 5.) igitur audiebant *groſſe pfennige* 6.) ſiue

1.) De Ling Lat Lib. V. C. XXXVI.

2.) Cuius negocii conditiones integras ſub nomine Terrae Regnitianae ſuperiori anno tribus miſſibus propoſui.

3.) Quem enim morentur Nobilis Territorio Subiectus P. VIIII. p. 213. et Koenigius Geneal. Hiſt. Nobil. Tom. I. p. 345. quorum vterque in his verbis deficiunt?

§. II. 1.) Cuius iam quidem fax Liber Prouinciae Curienſis ſtatim in fronte, quem ſecuti ſunt Widmannus in Chronico ſuo ad annum CIϽCCCLXXVI. Rentſchius in Brandenb. Ceder-Hein. P. I. Cap. IIII. p. 159. Groſius in Brandenb. Land. und Regent. Hiſt. Cap. VI. §. 16. p. 224.

2.) Vt indicaui in ſupra nominata Terra Regnitiana § VIIII. nota 73. Sed tamen et hoc numorum genus ſcribitur *groſſen* in literis eodem anno ac die exaratis, quo iſtae venditionis Curianae teſtes, quibus Ser. Fridericus profitetur, ſe de ſumma adhuc debere Widenſi bis mille et centum ſexagenarum groſſorum alio tempore publicandis, item in literis Heusdorfenſibus ab Ottone de iſto Monaſterio in Thuring. S. p. 396. productis, quod forte in pluribus, ni ſcioli corrupiſſent.

3.) Teſte V. Cel. Koelero in Münz-Beluſtig. Tom. II. P. XXX. p. 235.

4.) Quam in rem euoluas Doederlinum de Numis Germaniae Mediae §. CXXIII. de Ludewig Einleit. zu dem Deutſch. Münzweſen Cap. VII. §. 6. Ayrmannum Syllog. Anecdot. Tom. I. Proleg. §. 43. Ill. Koelerum p. 234.

5.) Quippe quod hoc numorum genus *maius* vel potius *craſſius ſolidiusque* bracteatis, in quo habeo conſentientes Hofmannum in Münz-Schlüſſel P. I. p. 138. Schlegelium de Num. Salfeld. Lit. G. 4. a. Doederli-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-395226-p0004-7

ſiue lingua dentes acutius illidente *grozze* 7.) *pfennige*, 8.) qui quo vulgatiores, 9.) eo notiores cuicumque, vt omiſſo ſubſtantiuo, 10.) qui eſt ſermo grammaticorum, *pfennige* 11.) ſolum *groſſi* 12.) dicerentur, cui voci eloquendae qui neruos iuſto magis intenderent, *groſchen* 13.) dabant. Iam cum et Latine exarantes iſta per *groſſos denarios* 14.) reddiderunt, ſiue omiſſo poſteriori 15.) *groſſos*, 16.)

num §. XXXII. Heuſingerum de Vet. Pec. Germ. Pretio §. XV. Ill. Maſcouium de Re Monet. Saxon. Super. Sect. III. §. VIII. Ayrmannum et Koelerum.

6.) Vt in Caroli IIII. Romanorum Imperatoris literis, quas dederunt de Ludewig Rel. Tom. X. p. 191. Ill. Glafey Anecdot. in Diplomatar. Car. IIII. p. 211. et 416. item Ayrmannus Anecdot. Syllog. Tom. I. p. 319. qui in Proleg. §. 81. per vernaculae Groſchen interpretatur, quibus adde libellum de Groſſis Cap. II. §. III.

7.) Cuius modi permutationis τοῦ z et ſ exempla dedi in Kozauia Superiori §. VII. et in Commentario meo ad Tabulam Plauienſem Germanicam anni CIƆCXXXXIII.

8.) Quae eſt ſcriptura quorumdam apud Glafeium p. 90. 316. 465. et Struuium de Allod. Imp. C. III. §. 26.

9.) De quo nemo dubitabit, niſi cuius in manus non incidit Neueröfnetes Groſchen-Cabinet, quod ex aliquot annis publico vſui reſeratum fuit et adhuc patet.

10.) Perinde ac neglecto ſubſtantiuo Heller ſunt orti, quod pluribus diſcas ex Schlegelio de Num. Antiq. Gothan. §. XV. ſeqq.

11.) Quod intelligit, qui modo intelligebat, numos innui. Vulgo enim nominabatur non ſolum poſt, quam *groſſi* erant in hanc lucem editi, ſed et dudum ante *pfennige* fere cuiuscumque monetae genus. Illuſtrant hoc Doederlinus §. CXVI. et Generoſiſſ. de Beuſt Sciagraph. Iur. Monet. in Adpend. Term. Techn. v. *Peningi*.

12.) In quo tamen ſi ſit adhuc, qui haereat, conferat binas tabulas de Dresda noſtra anno CIƆCCCXVIII. exaratas, quarum poſterior nude *groſſos* nominat, quae prior groſſe Pfennige nominauerat.

13.) Quibus ſimilia dedi in aliquoties iam citata Terra Regnitiana nota 119.

14.) Quae plene legas in Diplomatario Bohemo Sileſiaco in de Ludewig Rel. MSSCt. Tom. V. p. 53. 531. 535. 587. 592. 594. 615. 617. et Tom. VI. p. 36. 39. 67. 85. atque Griſſouienſi ibid. p. 401. frequentius vero in ſaepius laudato Diplomatario Glaſeiano Caroli quarti p. 6. 124. 125. 190. 199. 206. 212. 231. 410. 412. 421. 430. 453. 470. 479 498. 552. 644. item in Leukfeldi a Schamelio retractata Chronol. Abbat. Boſaug. §. 14. p. 38. et repetita in Thu-

liquido adparet, illud nomen non a *cros*, 17.) quod veteribus quibusdam *crucem* 18.) ſignificabat, ſed a vernaculo *gros* 19.) vel aliorum *groz*, 20.) quod noſtratibus 21.) aliisque cognatis 22.) haud raro idem ac *craſſus*, 23.) petendum, ſi vel horum numorum natales Ita-

ring Sacr. p. 649. Sed et SiffridusPresbyter L. II. ad annum CIↃCCLXXXXVI. in Piſtorii Rer. Germ. Script. Tom. I. p. 701. ſcribit: *Eodem tempore* groſſi *Pragenſes* denarii *initium ceperunt ſub rege Wenzeslao II.*

15.) *Denariis* enim reſpondent in illorum temporum ſcriptis *pfennige*, vt docuerunt Doederlinus de Num. Germ. Med. §. CXVII. p. 234. Buchnerus ad ſuum Diploma Fridericianum Henricis de Plauen datis Obſeru. XII. p. 23.

16.) Vt in iſto GlafeianoDiplomatario p. 421. *groſſi* nude, qui paullo ante *groſſi denarii*, aeque ac p. 470. ſeq. 479. ſeq. 498. 552.

17.) Quo inclinat Wachterus Gloſſar. Germ. v. *Groſch* p. 617.

18.) *Crux* enim non diſtinguit *groſſos* ab aliis numismatibus, quorum genera pleraque illa erant ſignata vel vt teſte, eſſe Chriſtianorum Ieſum cruci fixum ſequentium.

19.) Quem ad modum vel ante me cenſuit Rhonius de Iohanneis Vratislauienſibus Cap. I.

20.) Vt obſeruauit originum Germanicarum vocum feliciſſimus indagator Eccardus ad Leg. Salic. Tit. XXXXIII. p. 81.

21.) Sic vel adhuc in vſu **groſer Leib** non tam de *procero* et *longo*, quam de *craſſo*. Oportuiſſet igitur Friſium Spec. Monet. p. 162. potius ſcribere: **Die Groſchen oder** Groſſi **ſind von dem Worte groß, welches diß bedeutet.**

22.) Cuius veſtigia noſtri Galli vel adhuc ſeruant pro documento originis ſuae Germanicae ex migratione Francorum noſtrorum in Galliam priſcam connati. His *vn* gros *homme* eſt *homo* vaſtior *corpore*, *vne* groſſe *femme* eſt *femina* vaſto *corpore*, vt transpoſitis his vocibus *vne femme* groſſe *femina grauida*, quae per naturam *ſolito craſſior*, vnde et la *groſſeſſe grauiditas*. Quid? quod *groſſeur craſſitudinem*, *groſſier craſſum* et *groſſir craſſeſcere* indicat, adeo vt *arbores* craſſae *duos pedes* dicantur *les arbres* gros *de deux pieds*. Vel tribus verbis mihi praeiuit Wachterus v. *Groſs* p. 618.

23.) Vt non adſentiar Schlegelio de Num. Saalfeld. Lit. G. 4. a. ſcribenti: *Signarunt* Groſſos, *quod vocabulum non Germanicae originis, ſed* Groſſi (**dicke**) *fuerunt appellati reſpectu bracteatorum, iis originem ſuam potius ex Italia per Bohemiam trahentibus.* In cuius ſententiam quidem etiam iuit pedibus Buchnerus in Comment. ad Diplo-

Italia, 24.) quaſi vero *craſſus* in *groſſus* 25.) mutatum ſit, nec ipſam in Italiam 26.) cum Germanis profectum ſit *groſſum* ſaltem priſco illi Latio ignotum. 27.) Sane aetas groſſorum in Germania longe maior 28.) Wenzeslao II. Bohemorum, qui vergente ſeculo

 tertio

ma, de quo paullo poſt nota 27. Fridericianum Obſeru. XII.

24.) Si tanta fides Hagecio Chron. Bohem. p. 360. Dubrauio Hiſt. Boh. Lib. XVIII. p. 150. Chronicae Bohemicali Cap. LXXXIIII. in Menkenii Script. Tom. III. p. 1738. Stranskio Repbl. Boiem. Cap. XVIII. §. III. Confer Ill. Maſcouium de Re Monet. Saxon. Super. Sect. III. §. VIII. Diligentiſſimum Auctorem der Nachricht von Groſchen C. I. §. III. Schlegelium modo nominatum, item de Num. Gothan. §. LXIII. Ill. Koelerum in Münz-Beluſtig. Tom. II. P. XXX. p. 234.

25.) Vt vult Vorſtius ad Sulpic. Seuer. Dial. I. Cap. XXI. n. 4. Koelerus in Münz-Beluſtig. Tom. II. P. XXX. p. 234. quod nollem quoque feciſſe Wachterum noſtrum p. 618. quippe qui Germaniae immerſus domi manere debuiſſet ad exteros praeter neceſſitatem excurrens.

26.) Nam vel adhuc illuc negocientibus *groſſo* in ore et calamo, quod noſtratibus, quibus ſua lingua non ſordet, in groſen handeln dicitur.

27.) Vt iure ſuo retulerit id verbum, quaeque inde nata, in Gloſſarium ſuum Mediae et Infimae Latinitatis Cel. Cangius Tom. II. p. 657. ſq. In eius ſententiam transierunt de Ludewig Reliq. MSSCt. Tom. VII. p. 257. Eccardus ad Leg. Salic. p. 81. Heuſingerus de Vet. Pec. German. Pret. §. XV. Wachterus Gloſſar. German. v. *Gross* p. 617. et nuperrime Erudit. Geſnerus in ſuo vere Theſauro Lat. Ling. et Erud. Tom. II. p. 844. Confer etiam Vorſtium ad Sulpic. Seuer. Dialog. I. Cap. XXI. n. 4.

28.) Quippe quod iam Fridericus II. Germanorum Imperator Aduocatis Plauienſibus fecit copiam *aureos* groſſos *monetandi*, quae verba legas in eius literis anno CIↃCCXXXII. datis apud Pekenſteinium Theatr. Saxon. P. I. p. 27. Goldaſtum Conſtit. Imper. Tom. I. p. 299. Rusſetum Supplem. au CorpsDiplomat. Tom. I. P. I. p. 90. Beklerum Stem. Ruth. p. 97. Koerberum in der Nachr. vom Vogt-Land. P. III. Lit. C. Tenzelium Vindic. Diplom. Lindau. Adpend. III. §. 4. p. 85. vt et ante aliquot annos editum a Zeduicenſibus wegen des Gerichts Aſch ꝛc. Adiunct. N. 51. p. 104. ſeq. quibus omnibus accuratius quinque abhinc annis aeri incidi curauit, et notis egregiis illuſtrauit atque vindicauit denuo eas Buchnerus, vnde easdem transſcripſi in Analecta mea Brandenburgica P. II. Cap. I. §. 46. p. 119. ſeqq. vt non ſit, quod Auctor von dem Münzweſen Cap. III.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-395226-p0007-4

tertio decimo eos Florentia petiiſſe vulgo circumfertur. 29.)

§. III.

Breiter, 1.) quod additur *groſſis* in iſta priſca tabula, non ex noſtratium *zubereiten*, vt librarius quidam 2.) ſenſiſſe videtur, qui **bereiter** exarauit. A forma potius aliis latiori nomen eſſe nactos, ſatis

§. 12. in nota earum literarum fidem in dubium vocet, quam du Fresne Gloſſar. Tom. II. p. 658. non facit ſubleſtam, modo vt Wenzeslao emergat gloria, groſſos eo parario in Germaniam introiſſe. Sane V. Cel. Koelerus in calce Praefationis ad iſtum librum de Re Monetaria Fridericianum diploma pro vero agnouit, vt quoque indicauit Buchnerus im Verzeichn. aller Gräfl. Reuſiſch. Münz. praefatus ac iterum nuper in V. Pl. R. Oetteri Samml. Nachr. Hiſt. Wiſſenſch. Tom. II. P. III. p. 185. ſq. Sed et euoluas in eiusdem huius collectionis P. I. p. 70. Buchnerum ſpicilegium numorum viliorum recentium ſuadentem.

29.) Teſtantibus Dubrauio, Hagecio, Chronica Bohemicali Menkeniana, Siffrido antea excitatis, item Balbino Epit. Hiſt. Boh. Lib. III. Cap. XVI. p. 206. Ex recentioribus hic adlegandi Redelius in Sehenswürd. Prag P. I. Cap. XXXXIIII. p. 164. Sagittarius de Numis Saxonicis Diſſ. in Menkenii Script. Rer. Germ. Tom. II. p 769. Schlegelius de Num. Antiq. Gothan. §. LXIII. p. 104. ſeq. Illuſtriſſimus Comes de Bunau de Iure circa Rem Monet. in German. Cap. II. §. LII. Ill. Maſcouius de Re Monet. in Terr. Saxon. Super. Sect. III. §. VIII. p. 46. Auctor der Nachr. von Groſchen C. I. §. III. IIII. et XIIII. et Cel. Koelerus in Münz-Beluſtig. Tom. II. P. XXX. p. 234. Quibus omnibus aduerſus Roſizius Chron. Epiſc. Wratislau. in de Sommersberg Sileſ. Rer. Script. Tom. I. p. 69. eius ſucceſſori Ioanni tribuit.

§. III. 1.) Quam quidem vocem Chronicon noſtrum reſpuit in domeſticis tamen toties obuiam, cuius exemplum dedi inquirens: An Curia Regnitiana Burggr. Norimb. Vrbs per Bohemos §. XXXII. plura, ſi Deo viſum, daturus quam proxime, ni fecerint ſatis Rudolphi Goth. Diplom. P. I. C. XXI §. 11. p. 220. Hornius in Frider. Bellic. Sect. VI. §. 13. p. 255. et in Hand-Bibliothec von Sachſen P. II. N. III. p. 218. et 219. Struuius in Reichs-Archiv. P. I. p. 111. ſeqq. de Ludewig Reliq. MSSCt. Tom. V. p. 229. 251. Tom. X. p. 613. et 638. Scriptor von Ankunft der Groſchen Cap. I. §. V. p. 17. §. XI. not. 1. §. XIIII. p. 33. et Ill. Koelerus in Münz-Beluſtig. Tom. II. P. XXX. p. 236.

2.) Libri Prouinciae Curianae, vt ad Terrae Regnitianae §. VIIII. obſeruatione 73. indicaui.

ſatis arguit, quod Latino ſcribendi genere vtentes 3.) adpellent *latos*, ni potius a maiori pondere. 4.) Sane minoris ponderis 5.) dicebant ex aduerſo *ſchmale*, 6.) Latini *paruos*, 7.) immo *praeciſos*. 8.)

§. IIII.

A natali ſolo, quod noſſe opus erat, quoniam diuerſis locis diuerſo valore cudebantur, 1.) adhaeret iis, cum quibus nobis iam eſt negocii, *freyberger* 2.) cognomen, quod traxiſſe ex *Freiberga* Saxonum

3.) Apud Sagittarium l. c. Schlegelium de Numis Antiq. Goth. §. X. p. 10. et §. LXIII. p. 104. not. x. Struuium p. 113. Loeberum Hiſt. Ronneburg. Adpend. Diplom. N XI. p. 31. ſeq. N. XVI. p. 48. de Ludewig Reliq. MSSCt. Tom. I. p. 374. 389. 394. 397. 410. Tom. V. p. 83. Auctorem ſaepius excitatum de Groſſis Cap. II. §. III. p. 129. ſeqq. Koelerum viuum numophylacium in Münz-Beluſtig. Tom. II. P. XXX. p. 236. Illuſtr. Buderum in Nüzl. Sammlung. p. 442. Schoettgenium Hiſt. Graf Wiprechts in Cod. Probat. N. XXII. p. 87. ſeq.

4.) Quo digitum intendit Hornius antea nominatus p. 253. ſeq.

5.) Eum enim ſignificatum admittere noſtratium ſchmal, conuincet haeſitantem Wachterus p. 1439. eumdemque hic locum habere, docent diplomata in Rudolphi Goth. l. c. Ludewigii Reliq. MSSCt. Tom. I. p. 363. Hornii Hand-Bibliothec p. 219.

6.) Quale legas in Hornii Frid. Bell. p. 255. et in Hand-Bibliothec p. 223. Ludouici Rel. MSSCt. Tom. I. p. 420. 431. Tom. V. p. 189. 251. 266. Tom. VIIII. p. 180. Tom. X. p. 610. ſeq. 616. 668. Struuii Reichs-Archiv. P. II. p. 371. Anonymo de Groſſis Cap. I. §. V. p. 18. §. XI. not. 1. §. XIIII. p. 36. et Menkenii Script. Rer. Germ. Tom. I. p. 746.

7.) Quos produxerunt in ſcenam Sagittarius l. c. Schlegelius p. 104. ſeq. Ill. Maſcouius p. 47. Auctor de Groſſis p. 28. Koelerus Doctiſſ. p. 237. Gotterus vom Nonnen-Cloſter zu Eiſenberg Cap. V. N. XXI. p. 63. et N. XXIII. p. 68.

8.) Apud eumdem Gotterum in tabula a. CIↃCCCLXIII. N. XXII. p. 65. ſeqq. et Loeberum N. XI. p. 30. item de Ludewig Rel. MSSCt. Tom. V. p. 76.

§. IIII. 1.) Submonentibus Friſio Spec. Monet. p. 122. 145. 147. 150. 153. Rhonio de Iohann. Vratiſlau. Cap. I. Schlegelio §. LVI. Hornio Frid. Bell. p. 253. Auctore de Groſſis Cap. I. §. VII.

2.) Quos Chronographus noſter immortalis Menkenii cura togam indutus *Friburgicos* nominat, qui ſunt

QKVk 551 (X2625925)

Saxonum quilibet intelliget, quam primum in memoriam reuocauerit, eam iam dudum argenti venis largam ad medium ſeculi decimi ſexti, quo Dresdam fuit translata, monetaria officina fuiſſe gauiſam aliquot ſeculis retro. 3.) Eam vero vrbem *Miſniae* eſſe maximam, cum vel tiro ſciat; non alii ſunt groſſi, qui vni alteriue 4.) *Miſnenſium* nomine veniunt. 5.)

Limnaei I. P. I. R. G. Lib. V. Cap. VII. N. 59. *Friburgenſes*, quos tamen caue ne de *Friburgo* alio quam ad Muldam ſito interpreteris, quo nullum in iſtis terris adeo bene dotatum. Cum enim *burg* et *berg* eiusdem originis; priſci ſecus ac recentiores *Friburgum* et *Fribergam* haud diſtinguebant. Inde autem ortum trahentes groſſi in pluribus tabulis, quae in praeſenti emtionis negocio fuerunt exaratae, quarum vnam in libello de Cur. Reg. Burggr. Norimb. Vrb. per Boh. §. XXXII. iam publici iuris feci, facturus plures prope diem, ne opus habeas ad Struuium et Hornium paullo ante excitatos, Sagittarium Hiſt. Gothan. p. 414. Tenzelium Goth. Hiſt. Suppl. II. N. LXXXXVI. p. 200. Schlegelium de Num. Antiq. Gothan. §. LIII. p. 57. ſeqq. Auctorem de Groſſis Cap. I. §. XI. in not. a. recurrere.

3.) Teſte Mollero Theatr. Freiberg. Chron. Sect. I. Cap. XVII. p. 145. ſeq.

4.) Lairizio puta de Burggrau. Nor. p. 36. et Henrico Widenſi in modo dicto ab me propoſito libello §. XXXI.

5.) Quam ſententiam confirmat Schlegelius iſte p. 57. in partes trahens Friſium p. 147. Sed et in aliis tabulis antiquis hoc nomine veniunt, vt in Ill. Auemanni Beſchreib. der Grafen von Kirchberg im Anhang. N. 104. 105. in Scripto anonymo de Groſſis Cap. I. §. V. p. 18. §. XI. not. ee. ac Rudolphi Gotha l. c.

m. L.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-395226-p0010-0

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-395226-p0011-5

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-395226-p0012-1

h. 109, 54 II, 4 Vk 551

DE PECVNIAE. GENERE QVO TERRA. REGNITIANA VENVM. IVIT

VT
QVOS. INTERESSE. COMMODVM. EST
RITE. CONCIAT. AVDITVM
DIE. POST. INITVM. CIↃIↃCCLIII. ANNVM
H. L. Q. C
IN. ALBERTINOFRIDERICIANO
I. L. LAIRIZIVM. LEVCOPOLITANVM. VERNACVLA
DE. TRANSACTIONE. PASSAVIENSI
C. A. AKERMANNVM. ISTIVS. CONTERRANEVM
LATINA
EIVS. VINDICEM
C. F. SELIGIVM. EIBENSTOCA. SAXONEM. CARMINE
MANTVANO
EX. ALBERTI. CASTRIS. AD. FRIDERICVM
NOSTRVM. NOSTROS. TRADVCTVRVM
AC. DEMVM. SE. IPSVM
IIS. QVAE. BINIS. ABHINC. SECVLIS. CONTIGERVNT
PACATIORA. AVGVRATVRVM
DISSERIT

PAVLLVS. DANIEL. LONGOLIVS
CVR. R. A. M. FAC. PHIL. LIPS. ADSESS. ET. SOC. IEN. LAT. SOC. HON

CVRIAE. REGNITIANAE. AD. SALAM
TYPIS. IOANNIS. ANDREAE. HETSCHELII. GYMN. TYP

BIBLIOTHECA PONICKAVIANA
UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HALLE (SAALE)
Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-395226-p0013-7